XXVI.

# Noget af D. Peder Palladius.

*Ved Holger Fr. Rørdam.*

Hos ingen af de danske Reformatorer finde vi saa meget af Luthers Aand og Kraft som hos D. Peder Palladius,

Sjællands første evangeliske Superintendent. Vel var Hans Tavsen skrappere til at rive ned, men hvor det gjaldt om at bygge op, var Palladius Manden. Derfor fortjener han billigvis at mindes blandt den danske Kirkes bedste Mænd*), og et Par, saavidt vides, hidtil ubenyttede Bidrag til Oplysning af hans literære og praktiske Virksomhed, kunne vel fortjene en Plads her blandt andre kirkelige Antikviteter.

## 1.

## Nogle Lejlighedstaler af D. Ped. Palladius.

I den Kallske Saml. af Haandskr. i det kgl. Bibl. (Nr. 524) findes en temmelig betydelig Samling af Ligtaler og Bryllupstaler eller Udkast til saadanne, opskrevne i Aaret 1580. Den synes at have været det Skatkammer, en Præst har haft at ty til, naar det skortede ham paa egne Tanker. Indholdet er samlet af forskjellige Forfatteres trykte eller utrykte Værker. En af de Forfattere, der har ydet de fleste Bidrag er P. Palladius. Samleren har ikke gjengivet alle dennes Taler (eller maaske ikke haft dem for sig) fuldt udførte, men ofte kun et mere eller mindre udførligt Udtog, der dog tilstrækkelig klart viser hele Tankegangen. Talerne synes, idetmindste for største Delen, oprindelig at være forfattede paa Dansk, idetmindste forklares de hyppigt forekommende Sprogfejl i deres nuværende latinske Form lettest ved den Antagelse, at Samleren har givet en skjødesløs latinsk Oversættelse af de Optegnelser fra P. Palladius' Haand, som han har haft for sig. En Del af Ligtalerne gjenfinde vi paa Islandsk i »Ein Kristilig handbog, Islenskud af Herre Marteine Einar syne, fyrer kennimenn i Islandi, ok korrigerud af Doctor Petre Palladius med þeim hætti, sem hier finzt I hans formaala« (1555), under Over-

*) Se forøvrigt *Heibergs* fortræffelige Levnetsbeskriv. af P. Palladius (*Theol. Tidsskr.* IV, II.)

skriften: »Nokrar Predikaner sem mann ma hafa nær Lik eru graffin, sem eru Predikadar af Doctor Petro Palladio«. Det var altsaa ikke allene danske Præster, som pløjede med Palladii Kalv.

Hvad Talerne selv angaar, passe de ganske godt til den Brug, der er gjort af dem, da de indeholde en fast bibelsk Udvikling af de vigtigste Skriftsteder, der passede til de givne Anledninger. Navnlig gjælder dette Vielsestalerne, i hvilke vi, efter mit Skjøn, finde en omhyggeligere Disposition og tankerigere Udvikling end i Ligtalerne; men til Gjengjæld indeholde disse, i de som oftest tilføjede Mindeord over de Afdøde, adskillige smukke Træk af den Tids kristelige Liv, som vel kunne fortjene at opbevares, da vi fra Tiden nærmest efter Reformationen ikke have den Slags udførlige trykte Ligprædikener, som senere bleve saa almindelige. — Da en fuldstændig Meddelelse af disse Taler eller Udkast vilde have optaget en betydelig Plads, og vi kun have dem paa Latin, har jeg anset det for rigtigt kun at meddele et Udvalg indskrænket til de Partier af Talerne, der kunne antages at ville have mest Interesse for vor Tid, idet jeg saa almindelig kortelig har angivet Hovedindholdet af det forbigaaede.

### *1. Concio funebris in funere Birgittæ vxoris D. Johannis Gau: Sacellani. D.*

Charissimus meus comminister D. Joh. Gau vobis omnibus et vnicuique seorsim gratias agit pro extremo hoc beneficio suæ demortuæ in Christo vxori exhibito*).

Salomon Prouerb. vlt. dicit, fallax est gratia et vana pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur. Quæ vltima pars monet, vt de sorore nostra quæ nunc ex diuina clementia et bonitate reliquit huius carnis ergastulum, et ad æternam requiem pro cordis desiderio ex hoc seculo

*) En Taksigelse paa Slægtningenes Vegne aabnede enhver Ligtale.

migrauit ad Dominum. Dicam id, quod veritas ipsa postulat. Primum est Malmogiæ nata ex honestis Parentibus. Secundo parua adhuc pietate didicit. Tertio eam per omnem vitam amauit. Quarto in ea ad extremum permansit constanter. Quinto tandem tunc post communem crucem, quam tulit cum exule suo marito his quindecim annis (ut est nostra corrupta natura subiecta cruci), coepit post gemellos natos in vltimo puerperio grauissime laborare per septendecem integras septimanas in hunc usque modum. Sexto morbum pientissime tulit etiam cum præsentium summa admiratione, vt recte didicerit et ipsa illud Esaiæ: In silentio et spe erit fortitudo tua, Item commenda domino vitam tuam etc. Septimo cum muliere Cananæa: Miserere mei Domine fili David, semper clamauit. Octauo aliquoties a domino Erasmo*) communicata est, cum summa gratiarum actione coeleste pignus accepit. Nono rogauit maritum, vt filiam septem annorum in timore dei apud piam et honestam mulierem educari curaret, curam vero infantium deo commendauit. Decimo mulierem lecto astantem et recitantem Catechismum, cum vnica voce deerrauerit, eam mox informauit. Vndecimo astantibus et flentibus verba Christi dixit: Nolite nunc super me flere, sed super vos et peccata vestra. Ratio est: Transeo enim ex hac valle lachrymarum ad æternam vitam, quam promeruit mihi filius dei Jesus Christus: sedete inquit in pace. Duodecimo cum vero sentiret horam extremam mortis adesse, dixit: Nunc morior. Respondit mulier astans: Non morieris, sed transibis a morte ad vitam. Hoc inquit scio, et quid dico, scio tandem Amen. Ad Symboli recitationem respondit marito, quoties eam adhortati sunt, primum ad patientiam, secundo ad fidem, respondit: per dei gratiam id fiat, et sic constans persistit, et cursum vitæ fœliciter consumauit, vt aliis in exemplum jure proponi possit, juxta illud Salomonis: Mulier

*) Kapellan ved Vor Frue Kirke i Kbhvn.

timens Deum ipsa laudabitur. (Derefter følger saa Udviklingen af en anden Text, Gen. 35 om Rachels Død, hvoraf der gjøres en firdelt Anvendelse: 1. De cruce Jacobi. 2. De morte Rachelis. 3. De sepultura Rachelis. 4. De obstetricibus).

*2. Contiuncula funebris in morte Annæ, vxoris Francisci Magni, quæ in partu cum suo fructu extincta est. 1551**).

(Forf. gaar ud fra Gen. 3 og 35, Korset der er lagt paa Kvinden og Rachels Død, efterat have gjennemgaaet forskjellige andre herhen hørende Steder af Skriften, navnlig 1 Tim. 2, 15, slutter han smukt saaledes): Sciat ergo pia mulier suum officium esse generare liberos, et si morte insuper patiatur, se esse martyrem in conspectu dei, quia non moritur tantum pro sua persona, sed pro statu conjugali, pro fructu ventris sui, sicut minister verbi pro ecclesia et pro officio. Si infans sequitur matrem, sicut hic accedit, est commendatus deo tam in vtero matris. Speramus et matrem saluari fide per illam difficultatem partus et fructum comitari matrem in vitam æternam. Non enim impossibile est apud deum omne verbum, ergo neque hoc verbum: Sinite paruulos ad me venire, talium enim est regnum cœlorum. Siue in vtero matris extinguuntur, siue nascuntur, puerperæ habent pro se verbum dei, quod hoc nomine saluentur, et vellem eas in tali casu exemplo huius mulieris oculos cordis ab hac difficultate partus corporalis auertere et ad spiritualem natiuitatem se vertere, qua ipsæmet a deo natæ sunt in baptismo et per hanc sine peccato per remissionem peccatorum conseruatæ a maligno (etc).

---

*) Denne Tale findes paa Islandsk i Einersens Haandbog (Bl. H. iiii) under Overskrift: Ffimta Predickan sem mann ma predicka yfer nokure kuinnu sem deyr af barnsæng, predickad af Docter P. Pall.

3. *Conciuncula in Sepultura Rolandi (Kongens Stalmester) altera die Ascensionis. 1559**).

(Text: Eccl. 9. Nescit homo finem suum, et sicut pisces capiuntur hamo, sic capiuntur homines tempore malo).

4. *Concio in funere virginis Katharinæ in Wallø.*

(Text: Puella non est mortua, sed dormit).

5. *Concio funebris in Sepultura Eschilli Bilde Vicarii Regiæ Maiest. 1552***).

Psal. 73: Attamen ego maneo semper apud te (etc.)

Gratiarum actio præmittatur ad populum pro deductione et oratione habita in templo aliquot septimanis .... Dolenda est talium et tantorum virorum discessio, et non solum cognatorum sed totius populi luctus erit, sicut toti populo seruierunt. Exemplum est Joseph, cum quo tota fere Ægyptus lugebat patrem ipsius Jacobum. Porro vt primum paucis attingam huius nobilissimi viri officium et conuersionem, deinde personam: Nemo est ex prouectioribus, qui non nouerit eum fuisse: Primum ex nobilissima prosapia huius regni. Deinde graues eum habuisse commissiones vsque ad hanc senectutem suam sub diuersis regibus, in Fionia, in Noruegia, et alibi optime domi in pace et foris in bello se gessit: Vnde titulum equitis aurati consequutus est. In legationibus regni frequens et fœlix cum magna regni gloria semper rediit. Eadem his quinque aut

*) Talen er gjengivet paa Islandsk i anf. Skr. (Bl. G. viii) under Overskrift: Ffiorda predikan sem mann ma predika yfer huerium sem vil, predicat af D. P. P.

**) Denne Tale er gjengivet paa Islandsk i anf. Skr. (Bl. F. vii) med Overskrift: Annar formale sem man ma haffa yffer þeim sem hafft haffa nockura valldz stiorn, D. P. P. (Den biografiske Afdeling er naturligvis udeladt i den islandske Overs.)

sex annis factus est vicarius regius seu minister curiæ (Hoffmester), secundus a rege nostro clementissimo, imo altera manus regis, grauis in consiliis dandis, verum Danicæ politiæ lumen (Och en dyr mannd), ex cuius discessione damnum patiuntur huius regni incolæ. Nam cum tam senilia capita desyderantur, et juuenes tunc sedebunt ad gubernaculum rerum, solet polytia pati infortunium, et signum (est), quod Deus velit punire regnum autim pietatem, cum tales aufert, quod historiæ non tantum Judaicæ sed etiam omnium gentium testantur ... In senibus est experientia, in juuenibus eruditio ... Venit igitur mors huius viri dolenda nobis tametsi in senectute eius bona, fuit enim vt summus post regem magistratus huius regni, ita vir magni consilii vt publicæ pacis studiosissimus. Hactenus de illius officio, commissionibus, legationibus, fidelitate, grauitate, prudentia, consiliis, studio pacis etc. Secundum, quantum ad illius personam attinet. Est educatus a puero longe ante me et meæ ætatis homines seu mihi coæuos in paternis institutionibus et papistica religione, sicut nemo nostrum aliter fuit educatus et institutus. Postquam autem renouatum et reuocatum est apud nos euangelii lumen, sicut fuit grauis vir in consiliis, ita non facile nec statim mutauit religionem multis impedimentis, vt sit reuocatus longo post tempore venit (!), tandem non fuit persecutor verbi, sed sedulus auditor etiam in hoc ipso templo ad spiritum sanctum hic Haffniæ, donec ad verbum crux accessit et poenitus, verbo et voluntati se dei subiecit, nam enim Esaias ait de Christo: Calamum quassatum non confringit et linum fumigans non extinguit, sed accendit magis, quod hic factum est. Accedente ei cruce ad verbum factus est perfectus Christianus, jam non cum Thoma dubitans, sed credulus et fidelis factus est, quod omnes qui cum eo conuersati sunt testantur. Quorum unum me agnosco, qui vidi eius lachrymas et veram confessionem cum reliquis audiui, verba D. Bernhardi fuerunt: Perdite vixi. Huius vero hæc fuerunt: Dette liider Jeg for mynn Synnd och

Ondskab Skylld, O Allmectige Gud forbarme dig offuer mig, O Jesu Christe stat nu met mig, Och Er det dig icke thill fortørnellse, da lad mig icke komme her op igen thill detthe lliiff, Men thill det Euige liff. Her paa communicerit hand singulis 14 diebus, wdy disse 6 eller 7 wger, och giorde sig alldelis aff met thenne werden, Besynderlligen nu y Søndagis viij dage, vbi dedit manum filiis suis et valedixit eis et iussit abire. Et nunc die Jouis vesperi circa horam 6 ingressus est agonem mortis, per duas horas cum morte conflictatus est, circa horam nonam expirauit in domino. Summam interni hominis patientiam et in tanta cruce admirandam, vbi non tantum ex morbo grauissimo cruciatus est, sed etiam in recordatione futuræ mortis appropinquantis et terroribus Sathanæ aduersarii nostri: Audiuimus enim equitem auratum in bello regem suum comitantem et hostes regni persequentem et profligantem, nunc audiemus strenuum militem dei (En guds ridder) comitantem Jesum Christum in spirituali bello contra peccatum, Sathanam, mortem etc. — Nunc ad nostram Doctrinam et nostri consolationem veniamus. (Denne Del af Ligtalen forbigaas her).

### 6. *Concio funebris in funus M. Christiani Morsiani*) piæ memoriæ Anno 1554, paulo ante Pentecost.**)*

De damno reipublicæ ad varias Ecclesiæ et scholarum calamitates accedit etiam interitus tot doctorum virorum, quos immatura mors hoc tempore nobis abripit, vbi etiam hic jacturam non mediocrem facit ecclesia, postquam venerandum M. Christ. Morsianum Decanum facultatis Artium in hac Academia amisimus. Quod hæc miseria portendere solet, quum tales abripiuntur, nolo vobis indicare, ne

*) Professor ved Universitetet (forskjellig fra den mere bekjendte Dr. Chr. Terk. Morsing).

**) I „Fyrsta Predikan sem man skal hafa yffer nockurum lærdum" (anf. Skr. Bl. F. iiii) have vi denne Tale paa Islandsk.

dolorem habeatis, quotquot reipublicæ damnum in talium virorum morte deplorent, lugent. Scholæ vtinam hic luctus non ad totum populum demanet, vtinam ne sequuntur grauiora. — Commendatio huius viri a pietate et honestate, deinde ab eruditione et diligentia vsque a puero in hac*) noster scholasticus iunior, vicarius, hic in schola. Quid Parisiis egerit, vt tueretur suam pietatem et patrii (!) nomen, cum nobilibus sibi commissis perficiendo etc. Antuerpiam (!) tempore Paschatos ne communicaret sub vna specie, quibusdam aliis ex nostratibus communicantibus, se communione papistica abstinuit. Sed his omnibus omissis et laboribus in hac schola exhaustis, vsque ad disputationem vltimam. Tunc die Saturni in quo præfectus (?) fuit, tum etiam, vt intelligo, infectus, et eo die promouisset (!) quatuor candidatos in magistros Artium. Sed ipsemet est præuentus summo gradu scilicet æterna vita, id quod ex ipsius verbis in extremo suæ vitæ tempore prolatis intelleximus. Interrogatus enim bis a nostro ludimagistro quid cogitaret, tum primo: cogito, inquit, de æterna vita. 2. de domino nostro Jesu Christo, et in signum eleuauit utramque manum. — Occasione autem ex verbis ipsius sumpta, nos inuicem interrogamus, quare sic cogitauit, et quare Paulus idem dixit: cupio dissolui etc. (Udviklingen af denne Tanke forbigaas her.)

7. *Concio in morte Nicolai Nicolai ipso die Annunciationis Mariæ 1552.*

(Efter en Indledning følger en Beskrivelse af: qualis hic vir fuit): Primum bonus ciuis, quod omnes testantur, tam qui sunt in Senatu, quam reliqui ciues. Est autem bonus ciuis, qui juuat suo officio religionem et polytiam ac viuit sub obedientia. Och nerrede sig med gud och ærre. Hic Nicolaus juuit vtrumque: Primo quod eximia

*) Her maa mangle noget. Ogsaa i det flg. er der Unøjagtigheder.

beneficia præstitit in pauperes scholasticos idque quotidie, quod ipsi testantur, et contristantur de ipsius morte. Quantum hoc est beneficium, scilicet studia literarum liberaliter adiuuare, non est nunc narrandi locus; qui suscipit vnum ex his pussillis me suscipit, Matth. 18. — Deinde in ciuilitate, in consiliis dandis, in oneribus publicis leuandis etc. fuit vir præstans et vtilis, viuens talis in ciuitate aliqua, cuius opera, consilio et auxilio atque authoritate vti possunt interdum etiam magistratus ne dum alii non passim sit obviam ... Fuit et bonus vir pro sua persona, Deum vera inuocatione et officiis pietatis coluit, et in tota vita justus, grauis, integer et modestus fuit, frequens in templo, cui etiam crux imposita est, præsertim viuente vxore egrota. Credidit, confessus est et humiliatus viuit; autem in æterna vita et fruitur consuetudine filii dei.

*8. Concio in Sepultura dni Zigismundi Heliodori Abbatis Islandici*) Anno 1550.*

Post gratiarum actionem pro beneficio erga hospitem subiungenda viri commendatio, quod cum fuerit ab aliis seductus et difficulter voluerit in primis conuerti, nunc tamen in extremis optime crediderit: In causa suæ salutis est commendabilis. Deinde in vita quoque, quod testimonium ei dare nos possumus bona conscientia, et quod cruci subiectus fuerat hoc biennio quoque vt Simeon abiit, imo vt Bernhardus, qui dixit: Perdite vixi, et tum in extremis conuersus dedit gloriam deo pia confessione. Sic non frustra venit huc ex Islandia, tametsi aliud propositum habuit in primis persuasus ad hoc ab impio Episcopo**) quam persuasionem omisit tandem transplantatus tametsi annosa arbor, vt scias spiritum vbi vult spirare et de

*) Sæmund Haldorssen, se *Kjøbenhavnske Selskabs Skrifter*, VII, 8, hvor Bisk. Harboe har meddelt det meste af det efterfølgende Stykke.

**) Jon Aresen.

nullius salute ante sepulchrum desperare. Sic Dns Magnus Nicolai*). Sic alii decepti conuerterentur tandem, modo fideliter orant illud, quod hic senex semper in ore habuit ex Psal. 71: Ne projicias me in tempore senectutis. Amen.

*9. Confessio venerandi viri Domini Johannis Matthiæ***) *piæ memoriæ, qui obiit die omnium sanctorum 1551, eodem die sepultus: pro Nicolao Palladio ante triduum.*

Credo certe juxta verbum dei de coelo reuelatum, quod tantum vnus sit Deus, conditor mundi omniumque rerum, et quod in hac vnica diuinitate sint tres distinctæ personæ. Prima vocatur Deus pater, secunda vocatur Deus filius, tertia Deus spiritus sanctus. — Credo quoque secundam personam diuinitatis nempe filium Dei assumpsisse humanam naturam, passum et mortuum esse pro meis peccatis, resuscitatum propter justificationem meam etc. Et quod cum natura mea collocauerit se ad dexteram sui patris, vbi pro me misero peccatore interpellat. Hunc vnicum meum saluatorem, redemptorem et propitiatorem esse firmiter credo; in cuius manus meum spiritum cum hinc discessero commendabo. Quicunque spiritu dei ducuntur hi sunt filii dei; ipse spiritus reddit testimonium, quod simus filii dei, si autem filii dei et hæredes.

Hac nocte primum rogauit me, et ipse testis huius suæ confessionis, multoties eleuans manus cum clamore dicens: O Domine Jesu veni, festina et fac finem horum malorum. Quinquies jussit nos omnes procumbere ad genua et orare, vt Deus dignaretur cito liberare ipsum de corpore peccato et morti obnoxio. Deinde memoriter coepit recitare primum caput Johannis et 2dam Luc. His finitis dixit: cras est dies omnium sanctorum, ideo spero me hac nocte

---

*) Vikariernes Prior ved Vor Frue Kirke i Kjøbenhavn, holdt længe fast ved Papismen.

**) Vikarius til S. Dionysii Alter i Vor Frue Kirke (jfr. *Heiberg*, Ped. Palladius, S. 173).

migraturum ad æternum consortium omnium sanctorum, qui jam viuunt cum deo in æterna vita. Et quoties audiebatur campana dixit: O Domine Deus fac, vt hæc mea sit hora in qua in pace discedam. Postremo valedictis amicis vsque adeo ad extremum anhelitum clamauit: O Domine Jesu, qui pro me cruxifixus es, suscipe spiritum meum. Item in manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me Domine veritatis, Amen.

*10. Concio partim funebris partim de sancta trinitate in morte filiolæ M. Nicolai fratris mei 1551**).

Efter denne Tale følger i Haandskriftet en »Cathalogus præcipuorum hæreticorum et hæresium« (i alt 25) og derpaa »Modus absoluendi suorum puerorum oppressores, D. D. Pet. Palladii piæ memoriæ«. Denne Anvisning er meget udførligere end den, der er meddelt i Suhms Samlinger 1 Del. II, 137—38. Dernæst følger en Række Conciones sponsales; de sex første ere enten uden Betegnelse eller af fremmede Forfattere, derpaa kommer nogle, der udentvivl alle ere af Ped. Palladius, skjønt kun den første er betegnet med hans Navn.

*1. Concio sponsalis, quæ habita est in nuptiis Falck Gøye Anno Christi 1551 a D. D. Pet. Palladio piæ memoriæ.*

Cum D. Paulus ex ipsa dei ordinatione, honestate, vtilitate et necessitate coniugii adductis ita scripserit: Coniugium sit honoratum inter vos, — ne juuentus putet hunc concursum populo fieri tanquam ad spectaculum (Ein fastelaffuens reyse), dicam breuiter pro honore coniugii de solennitate nuptiarum (Om Bryllups høytidt), quæ est inauguratio coniugii. Secundum itaque est, omnium nationum et temporum consuetudinem fuisse et etiam esse, quod

*) Gjengivet paa Islandsk i „Sietta predikan sem man ma predika yfer barne, predikad af D. P. Pal.“ (anf. Skr. Bl. H. vii).

coniugii exordium publico quodam ritu celebraretur, ne si res ageretur in angulo, essent coniuges offendiculo aliis, et res non careret suspicione, et coniugium suo honore priuaretur, nec esset admodum discrimen inter fornicationem et verum coniugium. Quare laudabilis semper fuerit consuetudo apud omnes, vt nuptiæ celebrarentur aliquo publico ritu propter testimonium bonorum hominum de duobus in matrimonio coniunctis seu coniungendis. — Porro hic publicus ritus consistit potissimum in his quatuor, nimirum in honorem coniugii. Primum est ministerium ecclesiasticum, vt professio illa coniugalis fiat in facie ecclesiæ, atque ibi per orationem fidelium commendatur illorum coniugium deo, vt benedictione dei fruantur coniuges. Multum enim valet publicum testimonium ecclesiæ, multum etiam valet oratio ecclesiæ. Sic coniugia patriarcharum oratione inchoata sunt, vt extat Tob. 8 et oratio, qua Tobias et Sara vxor eius diuinam gratiam implorauerunt. Secundum membrum est cognatorum, affinium et amicorum conuocatio, vt veniant et gratulentur sponso et sponsæ coniugium, et omnia bona precentur. Sic Laban adducturus filiam suam ad Jacob conuocauit omnes amicos, qui fuerunt in eo loco, Gen. 29 et 30. Ibi cognati et affines gratulantur sibi inuicem de ordinatione dei, de pietate et honestate suæ familiæ. Tertium membrum est hilare coniugium, quod nuptias vocamus, quæ suas habent rationes, scilicet quod sponsus et sponsa vicissim se gratis exhibeant erga suos cognatos, affines et amicos, qui vocati dignati sunt venire. Deinde quod coniugium pollicetur spem prolis et prouehendi generis humani, cuius gratia hic status a deo institutus est et coelesti benedictione donatus. Hæ sunt causæ hilaritatis in nuptiis. Sic quoque Laban, Sampson et Tobias celebrauerunt nuptias. Imo sic dominus noster Jesus Christus cum castissima sua matre et discipulis in nuptiis in Cana Galileæ lætati sunt. Quis sanctior Christo, et quis castior diua virgine Maria, tamen nuptiis interfuerunt, vt non judicentur

a monialibus res carnales. Quartum membrum est donatio munerum in plerisque locis, quibus sanguinei sponsum et sponsam honorant, vt, cum jam primum cohabitant, habeant etiam hanc consolationem in signum, quod deus non destituat vos sua ope. Hoc igitur de nuptiis sentiendum est, huc applica Christi coniugium cum ecclesia confirmatum in Jordannis fluuio a deo patre et spiritu sancto.

2. *Concio habita in copulatione Holgeri Rosenkrantz cum filia Domini Mauritii Olai.*

(Themaet angives saaledes af Forf.): In gloriam dei coniugiique honorem breuiter primum percurram summam eorum, quæ dici solent de coniugii sancto statu. Deinde seorsim dicam quomodo conuersari debent maritus et vxor in Christiano coniugio per fidem spem et charitatem, quæ tria sunt Christianorum præcipua ornamenta, sperans vt hæc a piis auribus percipiantur. (Derefter følger Udviklingen heraf under en Mængde Afdelinger og Underafdelinger.)

3. *Concio sponsalis in copulatione Joannis Nicolai et filiæ Mathiæ Klaufsøns consulis.*

(Talen handler om Ægteskabets Betydning og dets Fortrin for Munkelevnet, den slutter saaledes): Qui coniugium*) ingrediuntur recte et legittime, non expectant voluptates, sed molestias. Ideo suum coniugium auspicantur in humili oratione et fide, tum sequitur in vita dilectio, potentia sine rixis et contentionibus, item fidelis labor in officio, secundum verbum et mandatum dei. Qui monasterium ingrediuntur expectant bonos dies et non molestias et electicia quædam in specie splendida, faciunt et ex iis, vt sanctis operibus gloriantur frustra, vt historia de Antonio Heremita et sutore Alexandriæ testatur.

4. *Admonitiuncula in copulatione Hermanni Skiell cum sua sponsa in Arce, Anno 1549.*

(Denne Tale blev holdt i Kongens Nærværelse.)

---

*) Herefter følger i Haandskr. et non, som aabenbart maa være en Skrivfejl.

5. *Admonitio de coniugio in nuptiis magistri Christiani Morsiani 1552.*

Cum sæpenumero sit auditum, quid

| | |
|---|---|
| 1. Sit coniugium | 1. personarum. |
| 2. Quæ causæ | 2. locorum. |
| 3. Quæ circumstantiæ | 3. temporum. |

Atque e diuerso quid sit celibatus, quibus conuenit. Ego pro communi consolatione hæc quatuor breuiter proponam ex nuptiis in Cana, quas scriptura seorsim commendat propter corporalem Christi præsentiam:

1. Approbatio coniugii. 2. Ærumnæ in coniugio. 3. Inuocatio in ærumnis. 4. Ærumnarum mitigatio.

(Derefter følger Udviklingen af disse fire Punkter ud af Evangeliet om Brylluppet i Kana).

6. *Concio in copulatione Andreæ Scribæ et filiæ primarii Consulis Pauli, 1547. Dominica quarta post Epiphanias habita est.*

Solet in copulationibus publicis et coniugii publicatione fieri commendatio: 1. Dignitate. 2. Vtilitate. 3. Honestate. 4. Facilitate. 5. Necessitate. Hanc commendationem nos etiam videamus in ipsa coniugii definitione propria et perspicua. — Est itaque coniugium: 1. Vnius maris et foeminæ coniunctio. 2. A Deo iuxta verbum illius. 3. Cum vtriusque voluntate et consensu. 4. Ad perpetuam vitæ consuetudinem. 5. Ac summarum rerum communionem. 6. Suscipiendæ prolis. 7. Vitandæ scortationis gratia, et 8. Mutui adiutorii.

(Derefter følger Udviklingen af disse Punkter, indordnede i en logisk Slutningsrække).

7. *Conciuncula in commendationem coniugii in nuptiis magistri Nicolai Hemmingii, Dominica de dispensatore iniquo 1552.*

»Non est bonum hominem esse solum«, usque ad finem capitis. Hæc sunt verba ipsius dei, et coniugii gloria

et honor describitur hoc loco: 1. Quam originem habuerunt masculus et foemina. 2. Quomodo copulati sunt a deo ipso. 3. Ad quid mulier creata sit. 4. Qualis in coniugio esse debet dilectio. (Derpaa følger Udviklingen af disse fire Punkter).

*8. Admonitiuncula secundo die nuptiarum M. Nic. Hemmingii.*

Recitetur textus 1 Pet. 3. — Primum de his, quæ concernunt sponsum. Origo horum est in decem præceptis, in quarto, sexto et vltimo, quæ præcepta pertinent ad cor, os et opus, quod enim viri debeant cohabitare sapienter cum vxoribus suis, id corde, ore et opere fiet.

Corde: Vt sentiat de vxore quod sentiendum est, videlicet quod ipsa sit I. Singularis donum dei. II. Benedictio dei. III. Bona dei creatura. IIII. Adiutorium in procreatione sobolis. V. Christiana, pia. VI. Pars viri vt ossa, caro, costa. VII. Particeps vitæ æternæ. (Efter en lidt nøjere Bestemmelse heraf følger det andet Punkt).

Ore: Ne sit acerbus erga eam, Col. 3, sed affabilis, jucundus et optime de ea loquens. Quis potest cohabitare leonibus, vrsis et canibus.

Opere: Vt eam alat, vestiat, juuet vitæ necessariis, promouet ipsius pietatem ac honestatem, ægrotæ assideat, leuet eam manibus suis, non contemnat, non ab ea discedat, non relinquat in dolore.

(Derpaa udvikles Hustruens Pligter mod Manden under de samme tre Synspunkter).

*9. Admonitiuncula consolatoria in nuptiis Anthonii*) Secretarii regis.*

(Forf. gaar ud fra, at Ægtestanden ofte bringer Sorger, som den enlige Stand ikke har, og at Ægtefolk derfor trænge til Guds Ords Trøst, som han derpaa udvikler).

---

*) Anth. Hanisch.

*10. Concio in copulatione Francisci Banner cum sua sponsa.*

*11. Concio in copulatione Doctoris Syningii et suæ sponsæ 1547.*

Vt omni Dei ordinationi, ita vel maxime coniugio Sathan insidiatur jam non tantum: 1. Per sapientes Græciæ, vt Bias, 2. Nicolaitas, 3. Erasiones et Luchraritas, 4. Monachos et moniales, 5. Sacrificulos papæ, 6. Nicometistas, 7. Anabaptistas, sicut canes paa en gamill skinndkiortell ath ruske; sic etiam per hodiernos nostros pharisæos, qui transformant se in angelum lucis. (Efterat have gjendrevet Beskyldningerne mod Ægtestanden, udvikler Forf. denne Stands Fortrin for Munkelivet.)

*12. In copulatione solenni magistri Georgii*) pastoris ecclesiastici ad templum Diuæ Virginis.*

(Forf. bruger et ganske besønderligt Billede til at oplyse Ægteskabets Væsen, idet han nemlig sammenligner det med en Sygestue, og siger herom): Sicut enim in hospitali sunt egroti et habitant ibi in singulis suis angulis et lectis, sunt ipsi domini, quibus inseruiendum est iuxta prouerbium: Malo in hospitali seruus esse quam dominus. Et habent ægroti primum sibi proximos famulos, a quibus prouocantur et ministrantur, et deinde alios foris, a quibus prouocantur et defenduntur, sicut inquam hæc tria sunt: 1. Ægroti, 2. Ministri, 3. Curatores (forstandere), Ita sunt tres status a deo instituti, scilicet Coniugalis, Ecclesiasticus et Politicus. Coniuges enim habitant simul singuli in suis ædibus, thoris et locis, et sunt vere ægroti omnes, si non morbis corporalibus, vt in hospitali, tamen in morbis spiritualibus in anima ex originali peccato, sic ut singuli suos habent defectus, si non statim sanabiles, tamen mitigabiles (etc., derfor trænger status coniugalis til st. ecclesiasticus og politicus).

---

*) M. Jørgen Mortensen Bornholm, siden Biskop i Vendelbo Stift.

2.

## Nogle Manuskripter af D. Ped. Palladius.

I Mollers Cimbria litterata*) omtales blandt Palladii utrykte Arbejder nogle Manuskripter, der opbevaredes hos Præsten Peder Jensen Lucoppidan paa Taasinge. Da Efterretningen om dem paa det angivne Sted er kort, vil jeg tilføje, hvad jeg andetsteds har fundet om disse Skrifter.

Blandt Langebeks Excerpter i det kgl. Bibl. Nr. 222 findes en Afskrift af »Observationes M. Petri Lucoppidani de quibusdam Danorum scriptis, quæ in Indice Bibliothecæ Resenianæ non reperiuntur«. Fortegnelsen indeholder 24 trykte Skrifter og 5 Manuskripter. Det første af Manuskripterne er: »Summa quædam Bibliorum a Petro Palladio collecta in usum studiosorum. Adjecta sunt alia quædam ad religionis nostræ cognitionem necessaria, 1550, in 8vo«. Lucoppidan har til denne Titel føjet følgende Bemærkninger:

»Summa Bibliorum eadem fere est, quæ in Isagoge eiusdem habetur, sed adjuncti Tractatuli hi sunt:

1. De concionibus sacris in genere.
2. Forma quædam Absolutionis in privata confessione.
3. De publica poenitentia.
4. En Underviisning, hvorledes man skal handle med dem, som ere besatte, sammenskreven af Pet. Palladio 1556.
5. Tractatulus, in quo breviter indicatur, quomodo Superintendens cum variis suæ Dioecesis ordinibus agat, et suum officium ad gloriam Dei et ecclesiæ ædificationem faciat.

Tractatulum hunc conscriptum fuisse in gratiam fratris Nicolai Palladii liquidum est ex exordio orationis habendæ in prima Præpositorum synodo, cuius initium: »Venerabiles

*) I, 479, jfr. *Heibergs* Ped. Palladius S. 172.

viri Domini Præpositi etc. Venerandus Vir Dns Lector Franciscus Vormordi p. m. non solum superintendentia sua, gravi, laboriosa at molesta, sed etiam omnibus vitæ huius calamitatibus sublatus regnat cum Christo salvatore nostro, mihi vero licet indigno legitima electione, confirmatione et ordinatione commissa est hæc functio« etc. Nicolaum autem Palladium hoc iterum exscribendum curasse et alteri cuidam obtulisse, indicat hæc tractatuli conclusio: »Hæc brevissime a fratre meo ante aliquot annos conscripta, ut boni consulat tua dignitas, vehementer precor, mi Domine Doctor, Ao 1560«.

6. Tractatulus de sepultura Nobilium.«

Det femte af disse Smaastykker er det, jeg har meddelt foran S. 350—51 uden den Gang at kjende Forfatteren; da der imidlertid her kun gives Anvisning for Superintendenten i hans Forhold til Adelen, tør man sikkert slutte, at Stykket har været længere. S. Cawallin anfører i Lunds Stifts Herdaminne I, 23 nogle Sætninger af de andre Anvisninger, det indeholdt, som: Om Tiggere staa ved Kirkedøren og begjære Almisse, bør de ved Folks Udgang af Kirken overhøres, paa det at de baade maa blues og lære noget; Superintendenten bør altid have noget i Lommen eller i en Pose, f. Ex. Sukker eller Nødder, for at give de smaa Børn, at de maa lokkes til at læse Katekismus, og ej blive bange. — Cawallin har fejlet ved at tillægge M. Niels Palladius disse Anvisninger; skjønt det er meget muligt, at de, efter den Maade, hvorpaa de ere opstaaede, kunne findes betegnede med hans Navn.